



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 21. Dux Burgundiæ inglorius Caleti obsidionem solvere coactus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. A. C. 1436. potissima pars in publicis plateis misere jugulata cecidit, reliquis ad arcem, quam Bastillam vocant, confugientibus; unde nonnisi conditionibus Gallorum votis oppido proficuis liberi evaserunt. Ita demum Parisiensis civitas in obsequium Caroli VII Regis legitimi sui Principis rediit, & fidem suam eidem denuo exsolvit, postquam in Anglorum potestate octodecim ferme annos hæssisset. Rex quoque mense Augusto supremum suum Senatum unacum Regiarum rationum Præfectis, & Academia Parisios revocavit.

§. XXI.

Dux Burgundiæ inglorius Caleti obsidionem solvere coactus.

Angli omnem iræ, ac odii sui vim in Burgundiæ Ducem effusuri, ejusdem terras invadunt, ac variis artibus subditos ad rebellionem incitant, qui aliunde non solum amplioris commercii spe lactati, sed etiam inveterato in Gallos odio ætate stimulati, majori studio Anglis addicti erant. Burgundiæ Dux injuriam ulturus, Caletum, quam urbem nullo negotio, & primo impetu se occupaturum credebat, admoto valido exercitu cinxit. Verum Flandri, cum obsidionem non modo diuturnam, sed expeditionis hujus successum prorsus periculosum prospice-

spicerent, dolose exitium sibi parari suspi- Sæcul. XV.
 cabantur. Quapropter quin timoris sui A. C. 1436.
 causas serio discuterent, turmatim con-
 volant, atque adeo tumultuarie vasa col-
 ligunt, ut commeatum & tormenta, cum
 nec plaustra, nec currus, quibus ea im-
 ponerent, præsto haberent, hostibus re-
 linquerent. Nec promptius Duci fuit in
 arena consilium, quam fugientes, ne An-
 gli toto impetu in eos irrumperent, equi-
 tum suorum præsidio tueri, & post illos
 quoque obsidione soluta, gregatim cum
 suis auffugere; propria quoque ejus uxor
 ab incolis graves contumelias perpeti co-
 acta est. Post hæc Glocestriæ Dux, qui
 Caletum obsidione liberaturus, & Bur-
 gundum aggressurus accurrerat, Duce
 frustra in castris suis quæsito, Flandriam
 invasit, & quaquaversum arma sua con-
 vertit, totamque regionem, incolis com-
 muni consternatione afflictis, rapinis, fer-
 ro, flammaque devastavit.

§. XXII.

*Jacobus I. Rex Scotiæ ex insidiis
 trucidatus.*

Die vigesima Februarii hujus anni Ja- Boet. l. 7. §
 cobus I Scotiæ Rex a Gualterio 18.
 Atholiæ Comite ejus Patruo regni am- Buchan. l. 10.
 bitione stimulado sub noctem proditorum § II. comm.
 more occisus est, viginti & octo vulneri-
 bus

Q 5

bus